



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Vera Sapientia Virtute Et Tranquillitate Animi Enchiridion DD. Evcherii Lvgdvnensis, Martini Bracarensis, & Magni Wigonis, Antistitum**

**Eucherius <Lugdunensis>**

**Martinus <Bracarensis>**

**Magnus <Wigo>**

**Monachii, 1639**

Cap. XI. Animaе, Per Amorem inanium rerum, vim cernendae Veritatis  
adimi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10188**

**ANIMÆ, PER AMO-**  
*rem inanium rerum, vim*  
*cernende Veritatis*  
*adimi.*

**I.** **P**ENURIA interioris spe-  
 ctaculi, id est, Dei (non  
 quòd nō in sit, sed quòd  
 à te interioris lippo non vi-  
 deatur) facit, vt à tuis inte-  
 rioribus foras libenter exeas;  
 imò in te, tanquam in tene-  
 bris, nequeas commorari, &  
 exterioribus corporum for-  
 mis, seu opinionibus homi-  
 num vaces; in earum admi-  
 ratione defixus. Nec imputes  
 formis corporeis, quòd te,  
 aut

aut demerent aut terrent, siue aliquo modo mouent; sed tuę cæcitati, atque à summo bono vacuitati.

2. Vide, quantum te ipsum ignores. Nulla est enim regio tam remota. & ignota tibi, de quâ facilius credas falsa narranti. Aliquando malum displicet, sine mercede boni: velut si duo velint, in domo vnâ, propriam exercere superbè voluntatem: vterque malum vult. Horum si alterutrum sibi displiceant voluntates, non odio superbix fit, sed amore. Odit enim illius superbiam hic, qui amat suâ, quæ impeditur ab illo. Hic

laqueus est valdè occultus.  
3. Ita te habes in hoc mundo, quasi ad spectandum, & mirandum formas corporum huc adueneris. Si spectaculis interioribus nō careres, nunquam ad exteriora exires, siue vacares. Sicut in fabula, puella defecit intuenso solem: Ita es tu ad necessariò perituras corporum formas, & opiniones humanas. Hoc spectaculum nullius oculis in hac vitâ, nisi Dei maximè, & tuis pro captu tuo patet: quâ videlicet corporibus, & eorum formis, vel opinionibus humanis, & fauoribus superferatur animus tuus, aut subiacet.

iaceat. Vide, quomodo auer-  
sus à Deo intrâsti in hunc  
mundum, inhiantē ore ad  
omnia, præter ipsum.

C A P. XII.

*VANITATE ABRE-  
ptum nescire, quid sibi sit  
utile.*

I. **B**Eatus, qui eligit, vt se-  
curè laboret. Hæc est  
autem secura electio,  
& labor utilis, omnibus velle  
prodesse, etiam eis, qui tuo  
egere non videantur auxilio.  
Tanto enim hi minùs agunt,  
quod expedit, quanto pro-  
prijs utilitatibus videntur in-  
tendere. Hæc est autem pro-  
pria